

Caesar, de bello Gallico, I, 28

1        Quod ubi Caesar resciit,  
2        quorum per fines ierant,  
3        his,  
4        uti conquerirerent et reducerent,  
5        si sibi purgati esse vellent,  
6        imperavit;  
7        reductos  
8        in hostium numero habuit;  
9        reliquos omnes  
10      obsidibus, armis, perfugis traditis  
11      in ditionem accepit.  
12      Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos,  
13                unde erant profecti,  
14      reverti  
15      iussit et,  
16      quod  
17                omnibus frugibus amissis  
18      domi nihil erat,  
19                quo famem tolerarent,  
20      Allobrogibus imperavit,  
21                ut iis frumenti copiam facerent;  
22      ipsos oppida vicosque,  
23                quos incenderant,  
24      restituere  
25      iussit.  
26      Id ea maxime ratione fecit,  
27                quod noluit

## Raum für Notizen

28 eum locum,  
29 unde Helvetii discesserant,  
30 vacare,  
31 ne propter bonitatem agrorum Germani,  
32 qui trans Rhenum incolunt,  
33 suis finibus in Helvetiorum fines transirent et  
34 finitimi Galliae provinciae Allobrogibusque essent.  
35 Boios potentibus Haeduis  
36 quod egregia virtute erant cogniti,  
36 ut in finibus suis conlocarent,  
37 concessit;  
38 quibus illi agros dederunt quosque postea in parem iuris libertatisque condicionem,  
39 atque ipsi erant,  
40 receperunt.